

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ira ac  
cum fonte primo

Per iram Spiritus Sancti splendor  
excutitur, qui

super humilem et quietum requiescere  
dicitur,

quia cum ira quietem menti subtrahit,  
suam Sancto Spiritui habitacionem  
claudit, cuius recessione animus uacuus  
ad apertam morum insaniam ducitur, et  
usque ad superficiem ab intimo  
cognitionum fundamento dissipatur.

Gregorius ibidem (libro V. moralium).

Per iram sancti Spiritus splendor  
excluditur, quo contra iuxta uetustam  
translationem scriptum est: *Super quem  
requiescet spiritus meus, nisi super  
humilem et quietum et trementem  
sermones meos?* Cum enim humilem  
diceret, quietum protinus adiunxit. Si  
ergo ira quietem mentis subtrahit,  
suam sancto Spiritui habitationem  
claudit, cuius recessione animus uacuus.  
ad apertam mox insaniam ducitur et  
usque ad superficiem ab intimo  
cognitionum fundamento dissipatur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5, 45  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., pp.276-7,  
ll.36-43).